pulit populum suum quem prescivit: Tertium/est subtrac/tio gratie quo ad quedam membra ecclesie: Unde seq utur:
a Quare faciem tuam auertis: Facies dicitur gratia dei: vel respectus misericordie eius. Unde Sap.iiij.c. Gratia ⁊ misericordia dei est in sanctos eius: ⁊ respectus ī electos illius. Quartum/est miseria innata ⁊ generalis. Unde addit:
b Obliuisceris inopie nostre. Inops dicitur homo qui est sine opibus ⁊ sine ope. Et sic nascitur ⁊ moritur omnis homo/nisi deus cum eo moriente sit. Job.j.d. Nudus egressus sum ex vtero matris mee: nudus reuertar illuc. Deus autem est homini opes ⁊ opis. Tob.x.b. Omnia simul in te vno habentes/te non debuimus dimittere. Quintum/est tribulatio corporalis. Unde addit: c
Ps.30. Et tribulationis nostre: quare scilicet obliuisceris? Ps. Miserere mei domine: quoniam tribulor. Sextū/est peccatum cogitationis: Unde dic: d Quoniam humiliata ē: id est inclinata: e

Al ⁊ inopiā nostram et tribulationem nostram

Al ⁊ adhesit

In puluere/ prauę cogitatiōis. f Anima nostra: id est ratio. Alia littera habz:

Al ⁊ libera

Incuruata ē. Esa. lj.g. Incuruare vt trāseamus. Et vbi? In puluere/terrenorum: De quo Matth. x.b. Excutite puluerem de pedibus vestris. Ergo multo fortius de oculis: et maxime de anima. j. Machab. v.f. Ephron prohibuit iudę transitum in hierusalem. Ephon interpretatur puluis inutilis: qui multos prohibet transire in supernam hierusalez/quę est mater nostra. Nota proprietates pulueris his versibus.

Proprietates pulueris

Aridus/instabilis/sterilis/leuis/inumerosus: Sordidat/excęcat/pulices facit/imbre lutum fit. Septimum malum/ est peccatum sensualitatis quantum ad prauam voluntatē. Unde addit: g Conglutinatus est/ per amorem: h In terra: id est in terrenis: i Venter noster: id est sensualitas quę est mollis sicut venter/ ⁊ plena immundis cogitationibus: ex quibus oriuntur torsiones spirituales. Esa. xiij.b. Torsiones ⁊ dolores tenebunt ⁊c. Hiere. iiij. e. Ventrem meum doleo: ventrem meum doleo: sensus cordis mei turbati sunt in me. De hac conglutinatione/Geñ. xxxiiij.a. Conglutinata est anima sichen cum dina. Dina interpretat causa: sichen humerus. Et illi qui libenter supponunt humerum ad sarcinas mundi portandas: libenter conglutinant animā suam cum dina: id est cum causa: et precipue aduocati. Pro-
Ps.118. uerb. xvij.b. Semper iurgia querit malus. Ps. Adhesit pauimento anima mea. Per pauimentum quod teritur ⁊ pictum est/significantur temporalia: quę speciosa videntur: quę animam interficiunt: quando eis adhęret. Et ideo sequitur ibi: Viuifica me fm verbum tuum. Nisi enim se mortuū sensisset: non illud subiunxisset. Contra istas miserias petūt triplex remedium. Primum est/ vt deus eos erigat ad celestia: Unde sequitur: k Exurge domine: id est fac nos exurgere: vt anima quę pauimento adhęret/ad te erigatur. Et
Ps.62. possumus dicere: Adhęsit anima mea post te. Secundum ē auxilium dei in bene operando: Unde addit: l Adiuua nos/ad bene operādum. Tertium est liberatio ab omni malo: Unde dicit: m Et redime nos/a malo. Item nota q̄ ter dicit/Exurge. Primo/exurge: vt liberes a culpa. Secundo/exurge: vt liberes a pena. Tertio/ exurge: vt liberes a mundo: ⁊ ab his quę sunt in mundo. Vel primo / vt purges a peccatis: secundo/ vt des gratiam: tertio/ vt conferas gloriam. Domine / ecce seruitutis confessio. Adiuua/transmigrantes vel luctantes. Et redime / captiuos. In fine ostendit causam omnium horum / cum subiungit:
n Propter nomen tuum / non propter merita nostra. Ezech. xx.g. Scietis quia ego sum dominus cum benefecero vobis propter nomen meum. Ps. Deus in nomine tuo saluum me fac. Unde: Sit nomen domini benedictum: ex hoc nunc et vsq̄ in seculum.

Ps.53. Ps.112.

Deus exurgit
- Naturam nostram assumendo. Ps. Propter miseriam inopum ⁊ gemitum pauperum. Ps.11.
- A morte resuscitādo. Roma. iiij. (rū ⁊c.
- Mortuus est propter delicta nostra ⁊c.
- Incomprehensibilem se ostendendo. Ps. Accedet homo ad cor altum. Ps.63.
- Stantes confortando. Unde. ī. Exurge quare obdormis dñe.
- Deficientes releuando. ī. Exurge ⁊ ne repellas.
- Ad cęlum a terrenis eleuando: vt hic.

a Quare faciem tuam auertis:
b obliuisceris inopię nostre et
c tribulationis nostre? Quo-
d niam humiliata est in pulue-
e re anima nostra: cōglutina-
f tus est in terra venter noster.
g Exurge domine adiuua nos:
h et redime nos propter nomen
i tuum. In finem p his qui
k cōmutabunt filijs chore ad
l intellectum canticum p di-
m lecto. Ps. XLIIII.

Exposi ps. XLIIII.

o Eructauit cor meum. Titul. In finem pro his qui commutabuntur filijs chore ad intellectū/canticum pro dilecto. Supra egit propheta de victoria martyrū: victoriam autem sequitur laus: Unde bene subiungitur psalmus iste: in quo cantantur laudes christo: a quo est omnis victoria: qui primus vicit diabolum et mundum/ sumptis armis in tabernaculo suo: id est i vtero beatę virginis. Unde propheta cantat hic carmen/ quod dicitur epithalamium: id est carmen factum pro thalamo. Unde sensus tituli talis est. Canticum: id est psalmus iste: Est: pro: id est/ de/ dilecto: et est dirigens nos: in finem: id est in ęternam beatitudinem: pro his qui commutabūtur: id est pro sanctis: filijs: id est qui sunt filij: id est imitores: chore: id est passionis christi: ad intellectum: id est vt intelligant mysterium incarnationis. In hoc ergo psalmo loquitur propheta vel vir iustus. Materia de qua loquitur est de nuptijs christi ⁊ ecclesię/sponsi ⁊ sponsę / regis et plębis. Intentio/ est monere ad laudem christi ⁊ ecclesię. Modus. Triplicitus est psalmus. Primo se promittit laudaturum deum. Secundo / laudat sponsum: ibi: Speciosus. Tertio submissius laudat sponsam: ibi: Audi filia. Volens ergo prophęta in nuptijs cantare: commendat carmen suum multipliciter. Primo a plenitudine sapientię / cum dicit: o Eructauit/quasi de pleno. Matth. xij.c. Ex abundantia cordis/ os loquitur. Prouerb. xxij.c. Cum seruaueris eam in ventre tuo/redundabit in labijs tuis. Secundo ab interiori sapore/ cum dicit: p Cor meum. Grego⁹. Illi soli de deo suauiter loqui nouerunt: qui eum totis cordis visceribus amare didicerūt. Tertio a fidelitate sermōis/cū dicit: q Verbum bonum: non fabulas/ non falsa/ non vana. ij. Cor. ij.d. Non sumus sicut plurimi adulterantes verbum dei: sed ex sinceritate sicut ex deo coram deo in christo loquimur. Quarto/a consonitate operis ⁊ sermōis/cū dicit: r Dico ego opera mea regi: id est illa quę facio prędico: ne dicatur mihi: Qui prędicas non furandum furaris: Roma. ij.c. Grego⁹. Loquentis auctoritas perditur: cum vox opere non adiuuatur. Unde Roma. xv. d. Mihil audeo loqui eorum quę per me non efficit christus. Et dicit: Ego / quasi discretiue. q.d. pauci sunt qui ita faciant: Sermocinatores enim sūt multi: operarij vero pauci. Luc. 10.a. Quinto a bona intentione/cum dicit: s Regi: id est ad honorem regis christi. Esa. xxiiij.c. In doctrinis glorificate dominū. Sexto cōmēdat carmen a spiritussancti dictamine/cum subiungit: t Lingua mea/est/calamus scribę: id est spiritussancti. q. d. qō loquor/ a meipso nō loquor: sed a spiritusctō.

o Eructauit cor meum.
p Verbum bonum
q dico ego opera mea regi.
r Lingua mea calamus scribę

sed a spiritusancto. Matth.x.c. Non enim vos estis qui lo/
quimini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Si/
cut enim calamus non scribit qd vult/sed qd scribens vult: sic
homo non prędicat a se/ sed a spiritusancto dictante ⁊ scri/
bente in corde prędicatoris ⁊ in cordibus audientium. Hie/
re.xxxj.f. Dabo legem meam in visceri/
bus eorum: ⁊ in corde eorũ scribam eas.
Septimo commendat carmen a celerita
te/ cum addit: a Velociter scribẽ/
tis. Spiritus enim sanctus non paula/
tim ⁊ cum mora gratiam suam infundit/sicut acquiritur scien
tia per longum studium: sed subito et cito. Unde Act[.ij.a.
Factus est repente de cęlo sonus tanq̃ aduenientis spiritus
vehementis. Ibi dicit Glo. Nescit tarda molimina spiritus/
sancti gratia. Et notandum q multa sunt quę impediunt ne
fiat scriptura. Primum/ est defectus incausti: Sine incau/
sto enim non fit littera: ⁊ si protrahatur figura / non appa/
ret. Calamus igitur est lingua prędicatoris: incaustum est
gratia spiritussancti: Sine qua nulla prędicatio apparet: nec
fructum profert. Unde dicit Greg⁹. Frustra exterius labo/
rat lingua p̃dicatoris/nisi intus adsit gratia saluatoris. Ecc̃o/
trario/Eccl̃j.vj.a. Lingua eucharis in bono homine abunda
bit/ecce incaustum. Secundum est: si calamus sit nimis sub/
tilis vel nimis grossus: sic prędicator temperare debet stilũ
suum fm capacitatem audientium. Unde Greg⁹. in pastora/
li. Pro qualitate audientium formari debet sermo doctorũ:
vt vox sua singulis congruat: et tamẽ a communis ędificati/
onis arte nunq̃ recedat. Tertium est: si calamus manu non
tenetur: sed tm̃ ore. ij. Thessal. iij.d. Salutatio mea manu
pauli quod est signum in omni epistola: ita scribo. Multi enĩ
salutant ore qui prędicant salutem gentibus: sed non salutant
manu sua: quia opera salutis non faciunt. Unũ non habentes
signum qd habebat apostolus in omni epistola sua/pseudo
apostoli iudicãdi sũt. Quartũ est: si scriptor sit cęcus. i. p̃dica
tor indoct⁹. Esa.lvj.d. Speculatores ei⁹ cęci oẽes. Quintum
impedimẽtum ẽ ex parte pergameni: si sit pilosũ/ si humidũ/
si nigrũ/si nimis tenue. Pilus ẽ auaricia: humiditas/luxuria:
nigredo/supbia ⁊ ira: tenuitas/inanisgloria. Pergamenũ aũt
est cor bois: in quo scribit spiritussanctus: Sicut prędictum
est in auctoritate Hiere. xxxj.f. Scribam legem meam in
corde eorũ. Et Prouerb.vij.a. Scribe eam in tabulis cor/
dis tui. Hoc ergo pergamenum sic debet aptari. Primo de/
bet separi a carne per abrenunciationẽ carnalium desiderio/
rum. Roma.viij.b. Qui autem in carne sunt/deo placere nõ
possunt. Eccl̃j.xlvij.a. Surrexit nathan propheta q̃si adeps
separatus a carne. Secundo debet poni in confectu per con/
tritionem ⁊ dolorem. Hiere.xxxj.d. Pone tibi amaritudi/
nes: dirige cor tuum in viam rectam. Tertio debet depilari
per confessionem. Ecc̃h. v.a. Sume tibi gladium acutum
radentem pilos: et assumes eum ⁊ duces per caput tuum et
per barbam tuam: ⁊ assumes tibi statheram ponderis ⁊ di/
uides eos. Sume scilicet spontanee / gladiũ confessiõis quo
diabolus interficitur: radentem pilos: id est spiritualia pec/
cata: et duces per caput tuũ: id est per mentẽ/confitendo ma/
las voluntates: et per barbam / confitendo malas opera/
tiones: in quibus apparet fortitudo hominis ad malum/sicut
in barba apparet virilitas. Debet etiam sumi stathera: vt iu/
sto iudicio ponderenk: et debent diuidi vt pfiteat homo sin/
gula peccata/non in grosso. Quarto debet extendi in latum/
per charitatem: ⁊ in longum/per futurorum expectationem.
De primo.ij.Corl̃.vj.c. Cor nostrum dilatatum est. De se/
cundo/Phil̃.iij.c. Posteriorum oblitus/ad anteriora me ex/
tendo. Ps̃. Extendens cęlum sicut pellem. Quinto debet
exiccari ab humore carnalis delectationis per ardorẽ tribu/
lationis. Eccl̃j. xliij.a. Sol in meridiano exurens montes.
Osee.xiij.d. Adducet dominus ventum vrentem de deserto
et siccabit venas mortl̃. Ps̃. Et siccabit fluuios ethan. Ethã
interpretatur fortis: et significat diabolum: De quo Lucl̃.
xj.c. Cum fortis armatus ⁊c̃. Fluuij ethan/ sunt prauę cogi/

a velociter scribẽtis. Speciosus forma p̃ filijs hominũ:

tationes quas immittit diabolus in cor. Sexto debet radi q
satisfactionem. Ps̃. Paratum cor meum deus: paratum cor Ps̃.107.
meum. Septimo debet pumicari per mansuetudinẽ. Jaco.
j.c. In mansuetudine suscipite insitum verbum. Octauo re/
gulari debet per exemplorum sanctorum ꝓsiderationẽ. Esa.
xxxviij. b. q sol descendit in horologio
achaz per decem lineas. Sol: id est cog/
nitio dei: per has regulas descendit. Mo/
no superscribitur per tenacem memo/
rię impressionem. Eccl̃j. xxj.c. Cor fatui
quasi vas confractum/⁊ omnem sapientiã non tenebit. De/
cimo corrigitur per discussionem et malorum suorum dete/
stationem. Ps̃. Justicia ⁊ iudicium correctio sedis eius.
Item hic notandum q prędicator siue lingua prędicatoris Nota q lingua
vt sit calamus scribę/habere debet multa. Primo: quia de/ p̃dicatorl̃ sit ca/
bet crescere in aqua doctrinę. Ps̃. Et erit tanq̃ lignum qd lam⁹, ppt multa
plantatum est secus decursus aquarum. Et alibi: Super Ps̃.1.
aquam refectionis educauit me. Secundo: quia debet esse Ps̃.22.
vacuus per humilitatem. Tuba enim per quam prędica/
tor designatur/non resonat nisi sit vacua Nume.x.a. Fac ti/
bi duas tubas argẽteas ductiles ⁊c̃. Tertio: quia debet esse
planus exterius per honestam conuersationem. Threñ. iiij.
b. Nitidiores naçarei eius lacte. Quarto: quia cõgruo tem/
pore debet colligi ad officium suum. Ps̃. Fructus suum da/ Ps̃.1.
bit in tempore suo. Eccl̃j.xx.a. Homo sapiens tacebit vsq̃ ad
tempus. Quinto: quia debet acui per subtilitatem. Unde
.j. Sagittę tuę acutę. j. Regl̃. xiij.d. Descẽdebat omis isrl̃
ad philistijm: vt exacueret vnusq̃sq̃ vomerẽ suũ ⁊c̃. Jobel̃.
vltl̃.b. Cõcidite ararra vĩa in gladios: et ligones vĩos in lan/
ceas. Sexto: quia scindi debet distincte ⁊ aperte prędicans.
j. Corl̃. xiij.b. Nisi distinctionez sonituũ dederint: quomo/
do sciet id qd canitur? Septimo: qz debet incausto repleri. i.
sanctispiritus gratia: vt prędictum est. Unde econtrario
Eccl̃j. xx.c. Homo acharis quasi fabula vana. Deh incau/
sto. ij. Corl̃. iij.a. Vos estis epistola christi ministrata a no/
bis ⁊ scripta: non atramento sed spiritu dei viui. Octauo: qz
sicut scriptor a sinistra parte ducit lineam suam in dexteram:
sic prędicator prędicationem suam: Et omia quę in hac vita
sinistra facit/ debet dirigere ad dexteram vitę ęternę. Job.
vltl̃.b. Mittite in dexteram nauigij ⁊ inuenietis/scilicet in fu
turo. Commendato carmine suo in prima parte huius psal/ Commendatio
mi: In scda parte trãsfert se ad laudẽ sponsi: et cõmendat eũ christi mltiplex
multipliciter. Primo a pulchritudine/ cum dicit: b Spe/ Allegorice
ciosus forma. Et loquitur propheta ad sponsum: vnde
suplendum est: Tu es/ speciosus forma. Sed contra.
Esa.liij.a. Non est species ei neq̃ decor. Solutio. Hoc qd
dicit in Esaia/ itelligẽdũ est d ignominia passiõis. c For
ma: id est luce/candore/et habitu. Luce. Eccl̃j.xliij.b. Dũ/
dum illuminans in excelsis dominus. Candore. Sap̃.vij.d.
Candor est lucis ęternę. Habitu: Esa.lxiij.a. Iste formosus
in stola sua gradiens in multitudine virtutis suę. Job. xl. a.
Circunda tibi decorem ⁊ in sublime erigere. Secundo com/
mendat eũ ab excellẽtia pulchritudinis/ cũ addit: d Prę
filijs hominum: quia de plenitudine eius omnes accepe/ Job.1.b.
runt: qz ipse ẽ speciei generator: vt dicitur Sap̃.xiij.a. vbi lo
quẽs de creaturis scriptura sic dicit: Quoq̃ et si specie delec/
tati deos putauerunt: sciant quanto his dominator eorum
speciosior est: Speciei enĩ generator hęc omnia cõstituit. Et
posset hic dicere: prę angelis: quia etiaz angelis speciosior ẽ:
sed quia christum hominem commendat: ideo melius dicit:
Prę filijs hominum. Signum autem est suę pulchritudi/
nis: q in eum angeli desiderãt prospicere: vt dicit Petrus. j.
Petl̃.j.c. Est enĩ pulcher et fm diuinitatẽ ⁊ fm humanitatẽ.
Unde Cantl̃. v.c. Dilectus meus candidus ⁊ rubicundus.
Candidus: q̃tum ad mundiciam humanitatis: Rubicun/
dus: quantum ad splendorem diuinitatis. Unde sequitur ibi
in Cantl̃. Caput eius aurum optimum. Per caput enim in/
telligitur diuinitas: quia caput christi deus: sicut dicit apo/
stolus. j. Corl̃. xj.a. Hanc duplicem pulchritudinẽ ostendit

Multa impedi/ ant ne spiritus/ sanctus scribat in cordebois

Quomodo cor ad modũ pergamenj debeat p̃parari vt in eo scribat spiritus/ sanctus

Ps̃.103.

Ps̃.73.

Allegorice ☙ dñs in trãsfiguratiõe Matth.xvij.a. Uñ ibi dr: Resplẽduit facies eius sicut sol: et vestimenta eius facta sunt alba sicut nix. Per faciem intelligitur diuinitas: de qua dicit dominus moysi/Exo.xxxiij.d. Faciem meam videre non poteris. Per vestimẽtũ intelligit humanitas: quia habitu inuentus est vt homo: Phil.ij.a. Tertio commendat eum ab eloquẽtia/cum subiungit: a Diffusa est gratia in labijs tuis: id est verba tua

a b diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus

c f g h i eternũ. Accingere gladio tuo sup femur tuũ potẽtissime: k

sunt gratiosa. Joh. vij. g. Nũq̃ sic locutus est homo sicut hic homo loquitur. Eccs. viij.a. Sermo eius potestate plenus est. Matth. vij. d. Erat loquens sicut potestatem habens. Et propter abundantiã gratiarum dicit: Diffusa/nõ tm̃ fusa. Uel sic potest legi. Diffusa est gratia: id est distributa et abundanter data hominib̃. b In labijs tuis: id est in predicatione tua: quia eo predicante conuersi sunt homines: et mũdus deo reconciliatus. Unde Joh.xv.a. Jam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Uel/In labijs: id est in osculo: quo nos osculatus est/carnem nostram sumendo/et nostram naturam sibi vniendo. Unde Cant.j.a. Osculetur me osculo oris sui. In hoc osculo/diffusa est homini gratia. Unde Osee.vj.b. Veniet quasi imber nobis temporanei et serotinus terre: id est veniens in carnem/ dabit nobis gratias preuenientẽ et subsequentem. Sap̃.vij.b. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa: id est cum sapientia/ que est filius dei: Ecce quanta diffusio gratie: scilicet omnia bona. Uel de spiritussancti missione potest legi sic: Diffusa est gratia/spiritussancti. In labijs tuis: id est in apostolis/per quos spũsctũs loquebat. Greg. Omnes qui christum predicamus: organa veritatis sumus. Quarto cõmendat eum a domini benedictione/ cum addit: c Propterea benedixit te deus in eternum. q.d. merito vera sũt que predixi de te: Quia/Propterea: id est vt sic diffunderet gratia/sicut predixi: d Bñdixit te deus: non benedictione sinistre/sed dexterę: Hoc ẽ q̃ dicit: e In eternum. Prouer.iij. b. Longitudo dierum i dextera eius: et in sinistra illius diuitie et gloria. Quinto cõmendat eum a potestate/dicens: f Accingere. Et potest esse impatiui modi: sic: Tu q̃ talis es: vt dictũ est: Accingere: id est accingaris. Uel indicatiui: sic: Accingere: id est accingeris: g Gladio tuo. i. potẽtia tua. Uel fm̃ Chrysostomũ: gladius est crux: quo accinctus christus diabolum vulnerauit. Dicit enim Chrysostomus/q̃ isto gladio diabolus lętale vulnus accepit. Uel gladius dicitur sermo diuinus: de q̃ Mat. x.d. Non veni mittere pacem sed gladium. Et dicitur sermo diuinus gladius: qr resecat vitia et separat malũ a bono. Heb. iiij. c. Uiuus ẽ sermo dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti. Apoc.ij.e. Veniam tibi cito et pugnabo cum illis in gladio oris mei. i Super femur tuum: id est super carnem tuam. Pro carne enim femur specialiter sumitur: quia femur humanę propaginis est seminariũ. Unde manu supposita femori abrahę/iurauit ei seruus suus: Gen̄.xxiiij.a. Similiter ioseph/ iacob patri suo: Gen̄.xlvij.g.q.d. Juro per eum qui de progenie tua nascetur. Super femur tuum accingere/dicit: quia christus in carne deuicit mũdum/iudeum/et diabolum. Et christus assumendo carnem/accinxit se/super femur suum/quasi contra illos tres hostes pugnatur. Accingere/nõ segniter aut lasse: Sed k Potentissime/aduerbialiter dicit: Nec dicit tm̃: potẽter/aut potenter: sed potentissime. Gladium supra vocauimus triplici ter: scilicet potentiam/crucem/diuinũ sermonem. Potentia accingit se christus: non tm̃ fortiter: sed potentissime: quia fortissimus est. Job.ix.c. Si fortitudo quęritur/robustissimus est. Gladio crucis potẽter accinxit se christus: qñ baiulans sibi crucem/exiuit in eum qui dicitur caluarię locum: vt dicit Joh.xix.c. Potentius: quãdo ipsam crucem ascendẽs manus et pedes cruci affigendos exposuit. Potentissime: qñ iam crucifixus et dolorem sentiens/et contumeliã audiens iudęorum dicentium/ Matth.xxvij.e. Si rex israel est: descendat nunc de cruce et credimus ei: noluit descendere cum posset: sed in cruce mori elegit. Gladio aũt verbi dei potenter accinxit se/fortiter illud prędicando: Sicut dicit Matth.vij.d. Erat loquẽs sicut potestatem habẽs. Potentius/quod ore prędicauit/ opere adimplendo. Luc. xxiiij. c. Fuit vir prophe-

Alit gladius circa

ta potens in opere et sermone. Potentius est autem opus q̃ sermo. Unde Matth. v.c. Si quis soluerit vnum de mandatis istis minimis et docuerit sic hoies/minimus vocabitur i regno celorum: qui autem fecerit et docuerit/hic magnus vocabit in regno celorum. Potentissime vero accinxit se isto gladio: contumelias et iniurias libenter sustinendo. Ps. Bene patientes erũt vt annũciẽt. Prouer.xvj.d. Melior ẽ patiẽs viro forti ꝛc̃. Prouer.xix.b. Doctrina viri p patiẽtiã noscit. Uel põt sumi noialiter/potẽtissime: vt sit sensus: O potẽtissime accingere ꝛc̃. Postea oñdit cãm potẽtię/cũ subiũgit:

Ps.91.

☙ Specie tua et pulchri.

Aliter

Aliter

Aliter

Aliter

Aliter

* a Diffusa est gratia in labijs tuis: scilicet gratia gratis data. Hęc est eloquentia: quã qr moyses non habere se estimabat: prędicationis officium et prelationis fastigium recusabat dicens/ Exo. iiij.c. Obsecro domine/non sum eloquens ab heri et nudiustertius ꝛc̃. Item quia vt dicit Greg: Frustra laborat exterius lingua prędicatoris: nisi adsit interius gratia saluatoris: Ideo tertio necessaria ẽ dei gra. Gratia dico gratum faciẽs: que notat in eo q̃d sequit: c Propterea/scilicet: vt possis prębere exemplum bonę conuersationis: et vt proficias in sermone prędicationis: d Benedixit te deus in eternum. s. benedictione ducente te ad eternitatem glorię. Propter hoc bona est consuetudo q̃ prędicator anteqũ prędicare incipiat: bñdictionem petat. Uel/ Propterea: id est quia prędicas: Benedixit te ꝛc̃. Quia sicut dicit Prouerb.xj.d. Anima que benedicit: impinguabitur: et qui inebriat/ ipse quoq̃ inebriabit: Qui abscondit frumenta/maledicetur in populis: benedictio autẽ domini super caput vendentium. Nec solum hęc tria necessaria sunt prędicatori: sed etiam id q̃d sequitur: vt contra insidias diaboli accingatur gladio disciplinę. Unde non tm̃ ei/ cuilibet fideli dicit: f Accingere/ pugnatur: g Gladio: id est disciplina: h Tuo: id est voluntarie a te sumpto. Ps. Apprehendite disciplinã ꝛc̃. Et nota q̃ cum accingit homo gladio vel ense suo: tunc ẽ gladius in vagina: Cũ autem necesse est pugnare/extrahit gladium de vagina. Et cum dicitur: Accingere gladio/ sumitur pro ipso gladio et p vagina. Sic in disciplina duo sunt p effectum: videlicet carnis afflictio/et spiritus roborato: quia disciplina carnem debilitat et spiritum confortat. ij. Cor̄. xij.c. Uirtus in infirmitate perficit. Et post: Cum infirmor/tũc potẽs sum. Qui vero hunc gladium/scilicet fortitudinem spiritus habet in vagina: id est in carnis debilitate: si inuadat eum inimicus: extrahit gladium et percutit inimicum. Sic dominus ieiunio debilitatus in carne: non fuit debilitatus in spiritu: Unde extrahens gladium: deuicit diabolum temptantẽ/ Matth.iiij.a. Quia vero hmõi disciplina carnem suppeditat: Bene dicit: i Super femur tuum. Cant̄. iij.c. Uniuscuiusq̃ ensis super femur suum. Sed quia sunt quidam qui nimis debiliter et lasse accingentes se: cito amittunt suum gladium: Ideo addit: k Potentissime: hoc est/ triplici vinculo siue habena/qua gladium nostrum debemus circa renes nostros ligare/ne auferatur a nobis: Quia funiculus triplex/ difficile rumpitur: vt dicitur Eccs. iiij. c. Prima habena siue vinculum/est pudor sęculi: Secunda/ timor supplicij: Tertia/ amor dei. Primo accingitur homo potenter. Secundo potentius. Tertio potentissime: quia amor vincit omnia. Unde Cant̄. viij.b. Fortis est vt mors dilectio. Et hoc facias:

Ps.1.

Doualiter

* Specie tua et pul.

Allegorice ✠ a Specie tua et pulchritudie tua. Si/li/ potē/tissime sit aduerbialit̃ positū: tūc sic ɔstruit̃. Vere/ potētis/sime potes te accīgere: q2 es speciosus et pulcher: Sic cōmu/nit̃ dr: Ille vel ille bñ pōt eē bellator/ q2 formosus ē. Hoc ē q̃ dictu: potes accingere te gladio potētissime. Potes inquā/ Specie tua/ quātū ad diuinitatē: b Et pulchritudie tua/ qtū ad humanitatē: Nō eni solū inquātū de⁹/ fuit potēs: s̃ et in/quātū hō. Vñ Mat.

a me. b Specie tua et c pulchritu/dine tua: d intende e prospe/re f procede et regna. g Propter veri/tatē et h mansuetudinē et i iusticiā: k et deducet te mirabilit̃ l dex/tera m tua. n Sagitte tue acute †

xxviij. d. Data est mihi ois potestas in celo et in terra. Si autē potētissime/ sit noialit̃ positū: Idē ē sensus: Et sic ɔstruit̃: O potentissime/ specie tua et pulchritudine tua: vt sup expositū est. Hec est illa duplex pulchritudo: de qua. s̃. dixim⁹: ibi: Speciosus forma p̃ filijs hominū. s. fm diuini/tatem. Cant. i. d. Ecce tu pulcher es dilecte mi et decorus. Vel h̃ q dicit̃: Specie tua et pulchritudie tua/ potest cōstrui cum hoc qđ sequit̃: c Intēde: Et sit sensus: In/tende. i. hominē pereuntē respice. Specie tua. i. miseri/cordia diuinitat/ que p̃ speciem significat̃. Et pulchritu/dine tua. i. humilitate humanitatis. De his duobus dicit dñs Exo. iij. b. Vidi afflictionē populi mei in egypto/ Ecce primū: Et descendi vt liberarē eum de manib⁹ egyptiorum et c. Ecce secūdū. Et cōmēdat hic sponsū a trib⁹ precipue: A mi/sericordia/ cum dicit: Intēde/ vt dictū est. Ab vtilitate/ cū addit: d Prospere procede. i. pcede de vtero virgi/

Ps. 18. nis. De quo pcessu Ps. Ipse tanq̃ sponsus pcedens de thalamo suo. Prospere. i. ad psperitatē et vtilitatē nr̃am: quia oia bona nobis contulit: sicut dictum est ibi: Diffusa ē gratia in labijs tuis: fm tertiam expositionē. Tertio cōmen/dat a victoria quā habuit de diabolo/ cuz subiūgit: e Et regna/ super fideles/ quos d̃ manu diaboli eripuisti: qui tibi per fidez subijciunt̃. Vñ petūt fideles: Adueniat regnū tuū: fiat volūtas tua et c. Matth. vj. b. Postea cōmēdat eum ab alijs trib⁹: videlicet a veritate/ a mãsuetudine/ a iusticia: que necessaria sunt regnare volenti. De quib⁹ sequit̃: f Pro/pter veritatē et mãsuetudinē et iusticiā. Continuatio. Dico: Procede et regna. Et hoc: propter veritatē/ im/plendā. g Et mãsuetudinē/ exhibendā. h Et iusti/ciā/ exercēdā. Veritas impleta ē in pmissis datis: Mãsue/tudinē exhibuit/ ferendo malos. Vñ cū publicanis et pctō/ribus mãducabat: Matth. ix. b. Et adultere dixit: Nec ego te ɔdemnabo: Joh. viij. b. Et p inimicis orauit. Luc. xxiij. e. dicens: Pater/ dimitte illis quia nesciūt qđ faciunt. Iusti/ciam exercuit in dispersione iudeorum per titū et vespasianū: et in eorum excecatiōe: vt plenitudo gentiū intraret: vt dicit apl's/ Roma. xj. c. Possunt etiaz hec tria reddi tribus p̃cedētib⁹: singula singulis: vt sic dicat: Intende/ propt̃ veritatē inse/rendam in nobis. Procede/ propter mansuetudinē dan/dam nobis. Regna/ propter iusticiam faciendā pro nobis. Et vere facies: Unde sequit̃: i Et deducet te mirabi/liter dextera tua. s. vt hec facias. l Dextera. i. potētia. m Tua/ nō aliena: deducet te/ de sinu patris in vterum ṽginis: inde ad p̃sepiū/ inde ad crucē/ inde ad sepulchrum/ inde ad celum. k Mirabiliter: quia multi mirabunt̃. Unde Luc. ij. c. Mirati sunt omnes q̃ audierūt de his que dicta erant a pastorib⁹ ad ipsos. Vel/ Mirabiliter: quia tota il/la deductio plena fuit miraculis: Ubi initiū miraculorum fuit: q fact⁹ fuit de⁹ homo/ ṽbū caro/ mater virgo/ De alijs patet. Vel/ Deducet/ de populo ad populum: mirabiliter: vt prius. Mirabiliter ductus fuit a dextera sua per medium iu/deorum: qui eum volebant precipitare: Luc. iiij. e. Unde

Moraliter dicitur ibi: Jesus autem transiens per medium illorū ibat. ✱ a Specie tua et pulchritudine tua. i. sicut decet speciem et pulchritudinē tuā. Specie/ quãtū ad naturalia: pulchritudine/ quãtum ad gratuita. Hec est imago et si/militudo dei/ ad quā fact⁹ est homo. Est ergo sensus/ ac si di/cat: Debes accingi gladio tuo/ potentissime: q2 non decet

ita speciosum et pulchrū militem qui ad imaginē et similitudi/nem dei factus est/ gladium suū debiliter tenere/ vel flatu leui proijcere. Vel coniūgat̃ cum eo qđ sequit̃: c Intende: vt sit sensus: Specie tua et pulchritudie tua intēde: id est in finem qui est de⁹ tende/ sicut te docet species tua hu/mana. Hō eni ad h̃ fa/ctus ē vt deū ɔtēplet̃. † Ouidius lib. i. metamorph.

Vñ illud: Os hoi s̃b/lime dedit: celūq3 vi/dere Jussit: et erectos Al' † potētissime ad sidera tollere vul/tu. Eccs. vij. d. Hoc inueni qđ fecerit de⁹ hoiē rectū: et ipse infinit' se miscuit que/stionib⁹. b Et pulchritudie tua. i. sic docet te gr̃a que facit aiam esse pulchrā et speciē illumiat. Et ne tm̃ volūtate i deum tendas: d Prospere procede/ proficiendo et nō retrocedēdo vt cancer. e Et sic/ regna/ hic sup teipsū: in futuro aūt in regno celorum. Qui eni in deum non tendit/ et pficiendo in virtutib⁹ pspere non procedit: non rex efficitur/ sed seruus peccati. Joh. viij. d. Qui facit pctm̃: seru⁹ est pec/cati. Intendere pertinet ad vim rationabilē: pcedere/ ad cō/cupiscibilē: regnare/ ad irascibilem. Rationabilis enim dū ve/ritatem inquirit: quid aliud facit q̃3 intēdit siue intelligit. Cō/cupiscibilis ṽo dum bonitatē siue suauitatē appetit: quid ali/ud facit q̃3 pedibus affectus procedit. Irascibilis autem duz in prauos motus desęuit: quid aliud facit q̃3 regnat. Et pter hoc bene sequitur: f Propter veritatē/ quantum ad ra/tionabilem. g Et mãsuetudinē/ quãtum ad ɔcupiscibi/lem. h Et iusticiā/ quãtum ad irascibilem. Vel sic dico: Regna/ in futuro: propter veritatem oris: et mansuetudinē cordis: et iusticiaz operis: ne mentiamur in confessione: ne te/pescamus in contritione: ne defraudemus in satisfactione. Hec est via trium dierū: d̃ qua dicit moyses Exo. v. a. Ibi/mus viam trium dierū in solitudinē. Via est penitentia: tres diete sūt ɔtritio/ ɔfessio/ et satisfactio. i Et/ in hac via/ de/ducet te mirabiliter dextera tua: id est opera bona: et precipue opera misericordie. Unde Prouerb. xviij. c. Do/num hominis dilatat viam eius: et ante principes spacium ei facit. Bona autem opera dextera vocant̃: Sicut dicit dñs Matth. vj. a. Te autem faciēte elemosynam: nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Specialiter autem prelato dicit̃: De prelatis c Intēde/ vigilando super gregem. Unde episcopus idem est q supintendens. Act. xx. f. Attendite vob et vniuerso gre/gi in q̃ vos spūssanctus posuit episcopos et c. d Prospe procede/ discurrēdo. Prouerb. vj. a. Discurre/ festina/ sus/cita amicum tuū. e Et regna/ hostes repellendo a regno tuo. s. ab ecclesia quā regere habes. f Propter verita/tē/ in docēdo. g Et mãsuetudinē/ i corripiēdo. h Et iusticiā/ ptinaces puniēdo. n Sagitte tue acute. Su/ Allegorice pra cōmendauit christum a potētia: ibi: Accingere gla/dio tuo et c. Sed q2 gladio nō feriunt̃ nisi iuxta positi: pos/set quis putare q abbreuiata esset man⁹ dñi/ et potentia eius aliquo termino clauderet̃: Unde ad hunc errorem remouen/dum valet/ q hic potentiā eius exprimit per sagittas/ que p/cul positos vulnerãt: et per hoc q per hec duo. s. per gladiū qui vulnerat d̃ prope/ et per sagittā que vulnerat a longe/ po/tentiam dei designat: eandem potentiā incomp̃hensibilē esse demostrat. Dicit q̃. Sagitte tue/ O christe. i. verba tua q̃ vulnerãt corda hominū vulnere timoris et amoris. Timoris vt a malo reuocet: Amoris/ vt ad bonū prouocet. Vel/ Sa/gitte tue. i. † ṽba tua (Job. vj. a. Sagitte dñi et c. iiij. Regl. Al' † verbera xiij. c. Sagitta domini/ sagitta salutis) sunt o Acute: quia non solum ad pruriginem aurium hec sunt sicut verba philosophorum: sed habent vite eterne promissionē. Unde ✠ acumine suorum

n Sagitte tue acute et c. Moraliter predicatori ɔuenit/ Moraliter eodē modo q̃ de christo exponēdo dixim⁹. Nã sagitte p̃dica/toris/ sūt ṽba sacre scpture: et sagittarij sūt p̃dicatores/ et p̃la/ti. De quib⁹ Esa. xiij. d. Ecce ego suscitabo sup vos medos/ q̃ argētū nō querãt nec aurū velint: s̃ sagitt' puulos inficiãt. ✱ Taliū eni p̃dicatorum

Allegorice

c acumine suorum verborum usque ad cor vulneratus petrus/ dicebat/ Joh. vj. g. Domine ad quem ibimus? Verba vitę eternę habes. Et sponsa/ Cant. iiij. c. Vulnerata charitate ego sum. Et bene/ acutę: quia sunte penetrant usque c In corda inimicorum regis: id est tuipsius qui es rex noster. Heb. iiij. c. Vivus est sermo dei ꝛc. Et ideo: a

Al. †corde

Populi sub te cadent ꝛc. per delectionem. Unde Joh. xviij. b. Cum dixisset iesus ministris sacerdotum et

Al. † recta est

pharisęorum: Ego sum: abierunt retrorsum ꝛ ceciderunt in terram: Vel/ Cadent/ in bono sensu: id est tibi subijcient se. Unde Act. ij. f. cum audissent iudęi verbum domini per os petri/ dicitur ibi: His auditis compuncti sunt corde: et dixerunt ad petrum ꝛ ad reliquos apostolos: Quid faciemus viri fratres? Et baptiçati sunt citer tria milia. Sic ergo/ cadent/ humiliando se. Esa. xlvij. a. Descende/ sede in puluere. Vel/ Cadent/ adorando: sm illud. j. Cor. xiiij. e. Cadens in faciem adorabit. Postea commendat eum a tranquillitate iudicij/ cum subiungit: d Sedes tua deus in sęculum sęculi. q. d. tu es iudex in eternum: ꝛ cum tranquillitate iudicas: et cum magna reuerentia disponis nos. Item in hoc q dicit/ e In sęculum sęculi/ commendat eius iudicium ꝛ tranquillitatem ab eternitate. Heb. j. c. Thronus tuus deus in sęculum sęculi. Et sequit: ibi/ hic idem versus: Et hoc est pauli samotani heretici q dic: q christus incępit de beata virgine. Luc. j. c. Sedebit in domo iacob in eternum. Vel Sedes christi/ dicitur beata virgo. iij. Reg. x. c. Fecit rex salomon thronum de ebore grandem. Item quęlibet anima sancta. Esa. vlt. a. Cęlum mihi sedes est. Postea commendat eum ab equitate correctionis/ cum addit: f Virga directionis. Et a dignitate regia subdens: g Virga regni tui. Quod sic legendum est. Virga: id est gubernatio: h Regni tui quod est ecclesia: est virga directionis: id est equa correctio: q

Ps. 2.

distortos dirigit ꝛ directos regit. Unde. Ps. Reges eos in virga ferrea: id est in correctione inflexibili: et qui noluerint corrigi: tanquam vas figuli confringes eos. Postea commendat eum ab amore iusticię: ꝛ odio iniquitatis/ cum subiungit: i Dilexisti iusticiam ꝛ odisti iniquitatem. q. d. vere virga directionis ꝛc. quia dilexisti iusticiam: Ecce rectitudo: quia vt dicit Anselmus. Iu

Ps. 10.

sticia est rectitudo volutatis per se seruata. Ps. Iustus dominus ꝛ iustitias dilexit. Et quia hoc non sufficit: Sequit: k Et odisti iniquitatem/ non homines: vitium/ non naturam. Ps. Iniquitatem odio habui ꝛ abominatus sum. Sap. xj. d. Diligis omia q sunt: ꝛ nihil odisti eorum quę fecisti: Iniquitas enim nihil est: ꝛ deus iniquitatem non fecit: usque ad inferos non placebit iniquus. l Propterea: id est quia hęc fecisti: vel vt hęc faceres: O m Deus/ scilicet fili: o Deus/ pater. m Unxit te oleo lęticię. i. plenitudine charismatum/ ex quibus est lęticia. p Prę consortibus tuis. i. apostolis ꝛ alijs sanctis: qui de plenitudine eius accęperunt ad mensuram: sed ipsi soli dedit deus spiritum non ad mensuram: sicut dicit Joh. iij. d. Christus sm q homo/ dicit unctus: sm q deus/ dicit ungens. Unctus etiam dicit christus per figuram: id est signatus per lapidem unctum/ quem iacob erexit in titulum/ fundens oleum desup: Gen. xxviij. d. Hic pnt erubescere iudęi: Ma deus in vocatiuo casu legit p filio: in noiatiuo vo ponit p pre. Et h in hebraica vitate apte distinguit.

Moraliter

